



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 2. De Communicatione Idiomatum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

4. Non tantum B. Virginem & Sanctos, sed etiam
 quavis rem in mundo existentem adorari posse, si confide-
 tur ut imago bonitatis DEI, vel effectus illius unum
 cum Deo moraliter componens cum eo; licet ejusmodi propo-
 sitiones & venerationes cautè & prudenter usurpari debeant,
 ne quis putet, soli creaturæ secundum se spectatæ hunc cul-
 tum tribui.

XI. Q. II. *Quid de defectibus à Christo assumptis do-*
ctores Theologi? Resp. sequentia. 1. Christum assumpsis-
 ses defectus naturæ lapsæ communes, qui Specialem
 naturam ipsius perfectionibus repugnantiam non involvunt;
 S. Thomas & cum eo communiter alii sentiunt, & meri-
 to, quia ad finem Incarnationis expediebat, ut passibilis &
 sensibilis esset. 2. Defectus corporales particulari naturæ
 inherentes non fuisse ab eo assumptos, quia isti vel ex cul-
 turæ, vel ex defectu virtutis formativæ oriuntur, quorum ne-
 cessitas in Christo locum habet. 3. Etiam animæ defectus
 non assumpsit Christum, excepto peccato, igno-
 rantia, errore, & similibus, qui cum perfectionibus Chri-
 sti non possunt. Ita iterum S. Thomas & cum eo Theo-
 logi unanimiter, ita ut aliqui de fide esse dicant, eundem
 defectibus fuisse obnoxium.

§. II.

De Communicatione Idiomatum.

I. Q. I. *Quid sit communicatio Idiomatum?* Resp. per
 hoc loco nihil aliud intelligi, quàm *prædicatum*,
 quod ad communicationem Idiomatum idem esse, ac
 communicationem Prædicatorum, quæ Christo attribuun-
 tur secundum unam naturam ob quod ipsi formaliter non
 communicant, spectato, propter conjunctionem cum altera
 naturâ, ob quam ipsi similia prædicata propriè debentur,
 quæ dicitur Deus passus propter unionem cum Homine, qui
 dicitur.

II. Q. 2. *Qua prædicata Christo attribui possint per
 communicationem Idiomatum?* Resp. In genere Humanitati
 prædicata ratione unionis hypostaticæ attribui posse omnia
 prædi-

prædicata, quæ divinitati conveniunt, cum plus enunciant, & continent ejusmodi propositiones, quam quod tale prædicatum habent in se, & in se infit Humanitati. Pro clariori tamen intelligentia, & certiori securitate in loquendo sequentes circa hanc materiam Regula à Theologis assignantur.

III. Prima Regula: Quæcunque prædicata in abstracto supposito, possunt de eo, & de se invicem prædicari in concreto; hinc dicere licet: *Deus est Homo: Homo est Deus: Deus est mortalis &c.*

IV. Secunda Regula: Proprietates Humanitatis, quæ in abstracto, neque in concreto prædicantur de Deo, & vicissim. Hinc malè dicitur: *Verbum est assumibile: Verbum est communicabile verbo.*

V. Tertia Regula: Prædicata, quæ conveniunt Naturæ in abstracto duntaxat acceptæ, non possunt de Persona divina aut supposito prædicari. Hinc malè dicitur: *Deus est, aut Deus assumibilis.*

VI. Quarta Regula: Prædicata, quæ involvunt perfectionem creati suppositi, non possunt de Persona divina prædicari. Hinc falsa est propositio: *Christus est peccator, immortuus, peccabilis &c.*

VII. Quinta Regula: *Quaedam propositiones absolute veræ, adjecta reduplicacione fiunt falsæ, ut si dicam: Christus quæ Homo est Deus, omnipotens &c.*

VIII. Sexta Regula: Quæ alterutri Naturæ essentialia, non debent de Christo denominativè prædicari. Hinc non bene dicitur: *Christus est Dominicus, humanus &c.*

IX. Septima Regula: *Quaedam propositiones in se veræ propter grassantes Hæreses non facile sunt usurpandæ sine limitatione; quales sunt: Christus est creatura, imparens, impassibilis &c.*

X. Octava Regula: Unumquodque dicitur factum quod de novo esse incepit. Hinc rectè dicitur: *Deus factus est Homo: non tamea vicissim: Homo factus est Deus* quia secundum Humanitatem quidem, non autem secundum substantiam incepit esse unita.

XI. Q. 3. *An Christus unus vel plures dici debeat*
Resp. 1. Christum absolute dicendum esse unum, sive masculinè, sive neutraliter accipiatur. Ita S. Thomas

plus non est. & cum eo unanimiter Theologi, & colligitur ex ipso
 e practico Symbolo, ubi dicitur: *non duo tamen, sed unus*
 gentia & *Christus*. Resp. 2. In sensu identico quidem dici posse,
 hanc materiam esse plura, non simpliciter, sed cum additione,
unita vel unita; hinc S. Thomas ex S. Gregorio Nazi-
 dicata in epist. 1. ad Chelid. ait. *Aliud & aliud sunt ea, ex qui-*
dicari non potest, non alius & alius.

XII. Q. 4. *Quem fructum ex hac materia de Incarna-*
one laurire debeat Theologus? Resp. triplicem præcipuè re-
 manentem esse. Primus est, ut dignam de hoc beneficio æ-
 rit de Deo gratiam concipiat, & dum considerat, Deum sic dilexisse
 mundum, ut Filium suum unigenitum daret, se per hunc a-
 morem ad mutuum amorem excitet, illamque S. Bernardi
 gratiam sibi ipsi assiduo objiciat: *Amat caritas, amat*
gratias, & nos vicem rependimus cum mensura? Secun-
 datur, ut, dum perpendit, & credit, Christum propterea
 amatum esse, ut nos per suum exemplum ad imitationem,
 involvatur, ut ad sanctè instituendam excitaret, huic studio se
 applicet (maximè cum primus discendi ardor, teste D.
 deventura, sit nobilitas Magistri) eumque in finem sa-
 cramentum S. Gregorii Naz. orat. 47. in Pasch. adhortatio-
 nem animo volvat: *Simus ut Christus, quoniam Christus*
propter nos factus est. Efficiamur Dii propter ipsum, quoniam
propter nos Homo factus est. Tertius est, ut infi-
 nitè de animabus, utpote ob quas tanta egit,
 affectus est Christus, æstimationem, & Zelum concipiat,
 quoque omni studio & conatu efficere studeat, ne tantus la-
 bor sine effectu suo frustretur. Eum in finem iterum
 sequitur illa S. Gregorii Naz. orat. 1. sententia perpen-
 dita est: *Huc Magistra lex tendit. Huc inter Christum &*
propheta: huc spiritualis legis perfectior & finis
est: huc exinanita Deitas: huc assumpta caro: huc nova
in mixtio, Deus, inquam, & Homo. Atque hæc
omnia propter omnia, & pro uno illo generis
nostri Principe in unum
coierunt.

